

veinte y ocho de Abril del año de mil seiscientos nueve, para que los Indios puedan ganar los jubileos é indulgencias con solo el santo sacramento de la confesion. Rogamos y encargamos á los preladados, que la hagan publicar, y dar á entender á los Indios.

Se confirma por Urbano VIII el mismo privilegio.

Urbano Papa VIII.—Ad futuram rei memoriam.

Provisionis nostrae debet provenire subsidio, ut jus suum unicuique conservetur. Proinde Nos tenorem quarundam litterarum in forma Brevis felicis recordationis Pauli Papae V, praedecessoris nostri in favorem Indorum, ad fidem catholicam recenter conversorum, emanatarum, et in Secretaria nostra, tunc ipsius Pauli praedecessoris, repertum, de verbo ad verbum transcribi et praesentibus annotari fecimus, pro eo quod hujusmodi tenorem dilectus filius Alonsus Messia, Procurator Indiarum Occidentalium del Peru, Presbyterorum Societatis Jesu, se indigere nobis nuper significari fecit, qui quidem tenor talis est videlicet.—Paulus Papa V.—Ad futuram rei memoriam.—Exponi nobis nuper fecit Charissimus in Christo filius noster Philippus, Hispaniarum Rex catholicus, quod in Indiis Occidentalibus animarum pastores expedire in Domino censuerunt, et usu receptum est, ut Indi ad fidem catholicam recenter conversi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum raro suscipiant, etc. (ut supra). Datum Romae apud S. Marcum sub annulo Piscatoris 28 Aprilis 1609. Pontificatus nostri anno quarto.—Coeterum ut earundem litterarum tenor, sic insertus, omnem rei seu facti certitudinem faciat apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eandemque vim et eundem vigorem dictus tenor in omnibus et per omnia habeat, quem habent originales praedictae litterae, et eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quaecumque et ubicumque, sive in iudicio sive alibi fuerit ostensus, ac illi pariter stetur, sicut eisdem litteris originalibus staretur, si forent exhibitae vel ostensae. Per hoc autem nullum jus cuique de novo adquiri volumus, sed antiquam tantummodo conservari.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 13 Martii 1634, Pontificatus nostri anno undecimo. Sacado del Archivo Nacional de Lima donde está en pergamino limpio y bien tratado. Legajo 1186.—Exped. 21606.

Resumen castellano.

A petición del P. Alonso Messia de la Compañía de Jesus, procurador de las Indias Occidentales del Perú, el cual desea ha obtener copia de las letras de Paulo V en favor de los Indios (sobre ganar las indulgencias sin acercarse á la sagrada Comunion), el Papa Urbano VIII accediendo benignamente á

su petición, encontró efectivamente en su secretaría las letras de Paulo V su predecesor, que son del tenor siguiente. (Aquí las letras arriba insertas y dadas en 28 de Abril de 1609).

Y para confirmar el tenor de las expresadas letras Paulinas, declara y manda que insertas aquí, tengan el mismo valor y fuerza que las originales, y que se les dé la misma fé en juicio y fuera de él que se daría al original, si fuese exhibido ó mostrado.—Dado en 13 de Marzo de 1634. (Hernaez.)

El día de Todos Santos no están obligados á oír misa, ni á abstenerse de obras serviles.

CIRCULAR. Señores Curas &c. S. E. el Arzobispo mi Señor ha entendido que varios sujetos están persuadidos, que el día de Todos Santos están obligados los Indios á guardar los dos preceptos de oír misa y no trabajar, fundados en que el Directorio de nuestro oficio divino señala dicho día con dos cruces, aunque el Calendario común no pone sino cruz y estrella, que es la señal que manifiesta segun los Concilios Mexicanos, que los Españoles y demás que no son Indios están obligados á oír misa y no trabajar, pero los Indios no están obligados á oír misa y pueden trabajar en sus cosas y no en la de los españoles. Y á fin de evitar tanta duda en un asunto de tanta gravedad y en que se puede pecar por conciencia errónea, ha aclarado S. E. por decreto de ayer conforme á lo dispuesto por la bula del Papa Paulo III que expresa los privilegios de los Indios, y por los Concilios tercero y cuarto Mexicanos y segundo Limense: que los Indios no están obligados á la observancia de dichos dos preceptos de oír misa y no trabajar en el citado día de Todos Santos, pero que en él aunque pueden trabajar en sus cosas, no en la de los españoles y castas, por que su obligacion á estos ámbos preceptos obliga á los españoles. Y de orden de S. E. lo aviso á Vdes. para que en su inteligencia lo hagan saber á sus respectivos feligreses, quedándose para ello con copia autorizada de esta circular, y dirigiéndola despues de poner la razon de estilo al curato ó vicaría de pié fijo inmediato segun el orden del margen, y por el último de Vdes. á esta secretaría de mi cargo para dar cuenta á S. E.—N. S. guarde á Vdes. muchos años. México, á veintiseis de Octubre de mil setecientos noventa y uno.—Dr. D. Manuel de Flores, Srno.

Cómo se procederá en las informaciones matrimoniales cuando los testigos son indios.

CIRCULAR. Señores Curas &c.

Acompañó á Vdes. la adjunta pastoral, sobre el modo de santificar la cuaresma, de que tomara cada uno un ejemplar pasando los restantes al pueblo inmediato, segun el órden

devote visitaverint die festo ejusdem Matris SSmae, nec non omnibus septem Sabbatis, devotio quae fit in honorem praelaudatae Matris SSmae, ac cunctis diebus Novemdialium supplicationum, ubique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint pro Sanctae Fidei propagatione, plenariam Indulgentiam in perpetuum valituram, et applicabilem quoque per modum Suffragii Animabus in Purgatorio detentis (accedente tamen consensu Ordinarii) benigne concedit, atque in Domino misericorditer imperitur.

Insuper eisdem Christifidelibus, devote visitantibus Altaria Ecclesiarum earundem Dioecesium diebus memoratis, ibique orantibus ut supra, Partialem Indulgentiam septem annorum totidemque Quadragenarum, in perpetuum valituram, applicabilem etiam Animabus in Purgatorio detentis, et accedente Ordinarii consensu, benigne etiam concedit, atque in Domino misericorditer imperitur.

Datum Romae ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis Die, et Anno, quibus supra —Gratis sine ulla omnino solutione quocumque titulo.— *C. Castilacare, Sruis.*

4^o *Corazon de Jesus.* — Ex concessione SS. D. N. Pii Papae VII Fideles omnes in toto Orbe catholico confessi, sacra communione refecti, et visitantes quamlibet Ecclesiam, vel publicum Oratorium etiam Regularium utriusque sexus, in quibus celebretur festum Smi, Cordis Jesu, possunt lucrari indulgentiam plenariam pro defunctis applicabilem. Ex Rescripto 7 Julii 1815.

5^o *S. Francisco Javier.* — Ex Audientia SSmi, habita die 13 Septembris 1829. Ad Humilimas preces Capituli, et Decani Metropolitanae Mexicanae Ecclesiae. — Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. VIII referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Srio, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi, et sacra communione refecti aliquam Ecclesiam non solum Dioecesis Mexicanae verum etiam Dioecesium Jucatanen, Michoacanen, Guadalaxaren, de Durango, Monterrien, Sonoren, Angelopolitanen, et Antequeren, devote visitaverint diebus, in quibus Novemdiales Supplicationes fiunt in honorem Sancti *Francisci Xaverii*, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint pro sanctae Fidei propagatione, plenariam Indulgentiam, in perpetuum valituram, et applicabilem quoque per modum Suffragii Animabus in Purgatorio detentis (accedente tamen consensu Ordinarii) benigne concedit, atque in Domino misericorditer imperitur.

Insuper eisdem Christifidelibus, devote visitantibus aliquam

Ecclesiam earundem Dioecesium diebus memoratis, ibique orantibus ut supra, partialem Indulgentiam septem annorum totidemque Quadragenarum in perpetuum valituram, et applicabilem etiam Animabus in Purgatorio detentis, et accedente Ordinarii consensu, benigne etiam concedit, atque in Domino misericorditer imperitur.

Datum Romae ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis Die, et Anno, quibus supra. —Gratis sine ulla omnino solutione quocumque titulo.— *C. Castilacare, Sruis.* (Die 8 de Diciembre.)

Voto en favor de las almas del Purgatorio.

Urbis et Orbis decretum.

Ex Audientia SSmi, Die 25 Novembris 1854.

Cum sancta sit ac salubris pro Defunctis exorandi cogitatio, ut ab eorum solvantur peccatis, ad exitandos Erga eos militantis Ecclesiae Fideles Romanorum Pontificum Apostolica sollicitudo numquam defuit in elargiendis de ipsius Ecclesiae Thesuro pene innumeris indulgentiis, Animabus praesertim in Purgatorio detentis applicabilibus tam in quarundam Orationum recitatione, quam in nonnullis piis operibus peragendes, ut citius, e piacularibus flammis solutae, ad supernorum civium societatem evolarent. Ut maximum autem eisdem Animabus procuraretur solatium, sedente Benedicto XIII felic. rec. pia quaedam devotio, quam votum, seu oblationem appellant, à P. D. Gaspare Olidem ex Clericorum Regularium Theatinorum Familia fuit instituta, aut saltem per catholicum Orbem propagata, per quam Christi fideles ipsam amplectentes omnia propria meritoria opera, dum in terris morantur, ac singula eorum suffragia, cum ex hac vita decesserint, Defunctis fidelibus singulari pietate offerunt, atque in eorum cedunt utilitatem, idemque praelaudatus Pontifex Benedictus XIII omnibus peculiare elargitus et indulgentias, quas rursus postulante eorumdem Theatinorum Praeposito Generali die 12 Decembris 1783 Summus Pontifex Pius VI sua auctoritate confirmavit, et in audientia 30 Septembris 1852 SSmus. Dnus. Noster Pius PP. IX instantibus nonnullis Ecclesiasticis Viris non modo eas iterum confirmavit, verum etiam voluit eas, ut infra, declarare.

1. Quod sacerdotibus ipsam oblationem profidentes Indulto Altaris Privilegiati Personales gaudere possint singulis anni Diebus.

2. Quod omnes Christi fideles, qui idem votum, seu Oblationem emittunt, Indulgentiam Plenariam Fidelibus tantum Defunctis applicabilem lucrari queant quocumque die, ad Sacram Communionem accesserint, et qualibet Anni feria secun-

da Sacrum Missae Sacrificium in suffragium eorumdem defunctorum Fidelium audierint, dummodo in utroque casu aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis suae pie oraverint.

3. Quod ipsis Christi fidelibus omnes et singulas Indulgentias quocumque modo concessas, vel in posterum concedendas, quas lucrari possunt, Animabus pariter defunctorum applicare liceat.

4. Quod ut magis ac magis Animabus piacularibus flammis addictis perenne tribuatur auxilium universi Orbis Christi fideles dietam oblationem exolventes, quatenus opus sit, hoc indultum extensum habeatur.

Praeterea eadem Sanctitas sua prae oculis tum Adolescentes nondum ad Sacram Communionem accedentes, tum vero Infirmitos, Senes, Villicos, in carceribus detentos, coeterosque Fideles, qui aut Sacram Synaxim accedere, aut in feria secunda Sacrum Missae Sacrificium audire nequeant, in Audientia die 20 Novembris labentis anni clementer indulsit, ut omnibus et singulis Christi fidelibus, qui legitimo impedimento nequeunt Sacrum audire in feria secunda, pro acquisitione suprae nunciatae indulgentiae, in qualibet secunda feria, ut supra, concessae suffragetur Missa quam die Dominico ex praecepto audire tenentur; pro omnibus et singulis vero Fidelibus, qui aut nondum Sacrae Eucaristiae sumendae capaces, aut legitima alicuius ratione hoc sacramentum sumere nequeunt, benigne remittit facultatem arbitrio respectivi pro tempore Ordinarii Locorum subdelegandi Confessarios ex approbatis pro oportuna Communionis in aliis piis operibus commutatione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti perpetuis futuris temporis valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum.—Loco † sigilli.—*F. Card. Asquinius Praefectus.*—*A. Colombo, Secretarius.*

J.

SEÑOR SAN JOSE.

Se instituye Patron de todos los reinos y dominios de España al Patriarca S. José.
Innocentius Papa XI. Ad perpetuam rei memoriam.

Eximia pietas in Deum et erga Beatos Coeli incolas cum Christo regnantes devotionis aliarumque regiarum virtutum decora cum praeclaris in Ecclesiam. Die meritis, singularique in Nos et Apostolicam Sedem Fide conjuncta, quibus Charissimum in Christo Filium nostrum Carolum, Hispaniarum Regem Catholicum, multipliciter insignivit Altissimus, paternam nostram in eum charitatem adducunt, ut pia illius vota ad augendam in terris Sanctorum venerationem laudabiliter tendentia libentissime exaudiamus, coelestiumque gratiarum dispensationi nostrae divinitus conceditarum muneribus decoremus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Sanctorum honorem, Christianique populi praesidium atque aedificationem salubriter in Domino expedire arbitramur.

Cum autem, sicut dilectus Filius nobilis Vir, Gaspar de Haro y Guzman, Marchio de Carpio, pro dicto Carolo Rege apud Nos et Sedem Apostolicam Orator, Nobis nuper exponi fecit, idem Carolus Rex pro peculiari sua erga gloriosum Patriarcham Sanctum Josephum, Beatissimae Virginis Dei Genitricis Mariae Sponsum, devotione, universa Regna et Dominia sua illius patrocinio atque protectioni commiserit, ipsamque Sanctum Josephum in Patronum et Protectorem eorumdem Regnorum et Dominorum elegerit, cupiaque proterea opportune in praemissis a Nobis provideri et ut infra, indulgeri:

Nos pium et religiosum dicti Caroli Regis animum plurimum in Domino commendantes, supplicationibus ejus nominis Nobis per praefatum Gasparem Marchionem super hoc humilliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Sacris Ritibus praepositorum, consilio, electionem memorati Sancti Josephi in Patronum et Protectorem Regnorum et Dominiorum praefatorum factam, ut praefertur, Auctoritate Apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus: ac omnes et singulos juris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; et de praedicto Sancto Josepho in Patronum et Protectorem sic electo, praerogativas omnes ejusmodi Patronis et Protectoribus Regnorum et Dominiorum competentes decernimus, juxta tamen Rubricas Breviarum et Missalis Romani et ad formam Constitutionis felic. rec. Urbani Papae VIII, Praedecessoris nostri, super observatione festorum die 13 Septembris 1642 emanatae.

Praeterea, ad augendam Fidelium devotionem et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra Communionem refectis, qui die festo Sancti Josephi praedicti, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei

con que aquí van escritos. Si el ejemplar lo recibieren Vdes. en tiempo oportuno y antes de la cuarta semana de Cuaresma, lo leerán al pueblo en el púlpito en cualquier día y hora de concurso, explicarán e inculcarán los siguientes: lo que contiene y colocarán el ejemplar en el archivo; pero si llega á manos de Vdes. después de dicha semana, lo archivarán desde luego, y suspenderán todo lo demás que va dicho hasta las inmediaciones de Cuaresma del año próximo siguiente, en que lo practicarán del modo que queda prevenido.

Advierto también que procedan con la mayor cautela en las informaciones matrimoniales, especialmente cuando los testigos fueren Indios ó sujetos de poco alcance. El asunto es gravísimo y no lo son menos sus respaldas; la experiencia está acreditando frecuentemente la nulidad de varios matrimonios á que han procedido los curas, bajo la fé de las declaraciones de los testigos. Así, pues, evitando en cuanto fuere posible recibir para hacerlas á los que no son dignos de crédito, ó por su candor excesivo fácil de seducir, ó por su estupidez incapaz de entender lo que se preguntó, ó por su malicia que sabe fingir ó tergiversar las respuestas, ó por otras circunstancias que no es fácil preever: procurando Vdes. indagar verbalmente antes de proceder al matrimonio las calidades de los testigos y conexiones de éstos con los que les han presentado, para que por este medio se eviten tantos pecados como se cometen, y de que Dios nos ha de pedir cuenta.

Copien Vdes. en el libro de providencias esta cordillera, que puesto recibo dirijan al pueblo inmediato con los ejemplares de la pastoral, y desde el último á mi secretario de cámara y gobierno.—Dios guarde á Vdes. muchos años, México, Enero 31 de 1809.—Francisco, arzobispo de México.

INDULGENCIAS:

Se ganan en los días siguientes:

1º *Feria sexta de la semana de Pasión.*

Pius sextus.—Ad perpetuam rei memoriam Ad augendam Fidei Religionem, et animatum salutem Coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate, intenti omnibus, et singulis utriusque sexus Christianis Fidei veré poenitentibus, et commensatis, ac sacra communione refectis, qui Metropolitanam, seu aliquam ex Cathedralibus, Collegiatis, vel Parochialibus Ecclesiis Civitatum, et Dioecesium in Regno Mexicano existentium, *Feria sexta intra Hebdomadam Passionis*, á primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concor-

dia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pia ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Dno. concedimus..... Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 21 Martii 1777. Pontificatus nostri Anno tertio.—D. Card. de Comitib.

2º *S. Juan Nepomuceno.*—Bmus. Dnus. N. Leo Pap. XII clementer indulset. ut omnes utriusque sexus Christiani fideles, vere poenitentes, confessi, sacraque communione refecti, quamlibet sive Collegiatam seu Parochialem ex Mexicanis regionibus Ecclesiam die, qua ibi festum S. Joannis Nepomuceni celebrabitur, devote visitantes, ac per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis suae pie orantes, plenariam indulgentiam, incipiens á primis Vesperis usque ad ipsius diei Solis occasum, consequantur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione, et cum facultate eadem indulgentiam in suffragium fidelium defunctorum applicandi. Datum Romae ex Secret. sacr. Congr. Indulgent. die 27 Septembris, 1826.—J. A. Card. Naro P. Dsais.—N. P. Archiep. Jrapeut. S. C. I. Sruis.

Bme. Pater.—Sacros Raphael Loyola Presbyter Dioecesis Angelopolitanae exponit plenariam indulgentiam fuisse concessam pro omnibus, qui in Mexicanis Dittonibus visitaverint Collegiatis, seu Parochiales Ecclesias, in quibus S. Joannis Nepomuceni Festivitas celebraretur. Idem Festum in aliis quoque celebratur Ecclesiis, et publicis Oratoris ac etiam Hospitiis: hinc supplicatur S. V. pro extensione dictae perpetuae gratiae ad omnes Ecclesias, in quibus dictum Festum celebratur; quamvis nec Collegiatae sint, neque Parochiales. Et Deus etc. Ex Audientia Bmi. SSmus. Dnus. noster Leo P. XII benigne annuit pro gratia juxta preces, servato in tenus tenore primae concessionis. Presenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.—Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die 30 Aprilis 1828.

3º *Nuestra Señora de la Luz.*—Ex Audientia SSm. habita die 13 Septembris 1829.—Ad humillimas preces Capituli et Decani Metropolitanae Mexicanae Ecclesiae. Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pap. VIII referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Sno. omnibus et singulis utriusque sexus Christianis, qui vere poenitentes, confessi, et sacra communione refecti, altare Ecclesiarum non solum Dioecesis Mexicanae, verum etiam Dioecesium Jucatanen, Michoacanen, Guadalaxaren, de Durango, Monterrien, Angelopolitanen, Sonoren, et Antequeren, ubi Imago Matris SSm. sub invocatione de *Lumine* asservatur,